



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An actus amoris Dei sit sufficiens dispositio pro Sacramento Pœnitentiæ,
§. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

10 *Lib. 1. Cap. 1. §. 5.*

in univēsum ex timore pœnarum: sic enim habet. Attritio, quæ vel ex turpitudinis peccati consideratione. vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, &c.

§. 5.

*An actus amoris Dei sit sufficiens
dispositio pro Sacramento
Pœnitentiæ.*

12 **A**ctus amoris Dei solus, sine formali dolore peccatorum, licet in probabili sententia sit satis ad justificandum peccatorem extra Sacramentum, at ex communissima Theologorum sententia non est sufficiens dispositio ad Sacramentum pœnitentiæ; quia hic ex Conc. Trid. requiritur ut pars actus pœnitentiæ, id est, dolor, & delectatio; quæ simpliciter prolata intelliguntur de actu formali,

NON

Lib 1. Cap. 1. §. 6. RE

non de æquivalenti, a qualis est actus amoris. Tamen si quis in suis Confessionibus ejusmodi actum solius dilectionis exhibuerit; ne scrupulosè sit de Confessionum nullitate sollicitus. Cum enim fieri moraliter non possit, ut is, qui suorum est memor peccatorum, dum amat Deum super omnia, non avertatur per detestationem à peccatis; jam satis habuisse necessarium dolorem erit practicè judicandum. *b* Vide quæ infra dicentur de virtuali dolore venialium c. 3. §. 1. a Suar. de
pœn d. 20.
sect. 4. n. 1.
Coninch
d. 4. dub. 5
n. 39.
Bonac d. 5
de Sas q. 3.
p. 2. m. 6.

b Coninch
d. 2. n. 5.
& seq.

§. 6.

Formula Contritionis & Attritionis.

13 **A**ctus Contritionis hic est. *a* De peccato, quia est Dei offensa, & injuriâ super omne id, quod me poenitere potest, a Fagun.
pr. Eccl. 1.
l. 2. c. 3.
n. 15.

A 6

est,